



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Maximi Tyrii Dissertationes

Maximus <Tyrius>

Lipsiae, 1775

XXXV. 19. Quis philosophiae sit finis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51022](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51022)

ΛΟΓΟΣ ΛΕ΄.

Τί τέλος Φιλοσοφίας.

Ὁ μὲν Κροτωνιάτης ἐρᾷ ποτίνης Ὀλυμπικῆς, ὁ δὲ Ἀθηναῖος νίκης τριηρικῆς, ὁ δὲ Σπαρτιάτης ὀπλιτικῆς, ὁ Κρητικὸς θήρας, ὁ Συβαρίτης χλιδῆς, ὁ Θηβαῖος αὐλῶν, ὁ Ἴων χορῶν καὶ ἔτι δ' αὖ ὁ μὲν χρηματιστῆς χρυσῆς, ὁ δὲ Φίλοιος μέθης, ὁ δὲ μουσικὸς ἔρωτος, ὁ δὲ Φιλωδὸς μελῶν, ὁ δὲ ῥήτωρ λόγων. Τὰτι δὲ τὸ θρέμμα, ὃν καλῶσιν οἱ ἄνθρωποι Φιλόσοφον, πότερον ἀνέραςτος^a ἡμῖν ἐστὶ πάντων χρημάτων; Ἡ λίθος ἂν εἴη βίος^b, μή τι γε ζῶς ὀρῶντος καὶ ἐμπνεομένου καὶ κινημένου καὶ φρονῶντος, ἔχοντος ὀρμᾶς καὶ αἰσθήσεις καὶ ὀρέξεις. Ἀλλὰ ἐφίσταται μὲν τις, εἰπεῖν δὲ ἔκ ἔχει ξυλλήβδην ὀνόματι ἐνὶ, ὅτι ἐρᾷ εὐδαιμονίας, φησί^c. Μακάριος

DISSERT. XXXV. vulgo XIX.

Quis philosophiae sit finis.

Crotoniata oleastrum amat Olympicam, nauali victoria Atheniensis delectatur, Spartiata pedestri, venatione Cres, Sybarita luxu, Thebanus tibiis afficitur, Ionicus choris; mercator aurum, vinosus vinum, elegantiores homines amores, qui cantu delectatur, cantum, dicendi studium orator sequitur. Scire igitur velim, an et hoc animal, quod philosophum dicunt homines, nulla prorsus re delectetur? Lapidis mihi vitam narras; nedum ut animal, cui videre, cui viuere, cui moueri, cui sapere contingit, quod appetitu, sensu, cupiditatibus impellitur, hoc deceat. Dices fortasse aliquid esse, quo delectetur, quod vno tamen dici vix potest nomine, beatitudinem nimirum. Equidem simpli-

Sectio 1.

^a Τὰτι δὲ τὸ θρέμμα, — πότερον [ἀνέραςτος] Ita codices, licet vsitatus loquendi mos ἀνέραςτον flagitet. Sed est σχῆμα πρὸς τὸ σημαϊνόμενον, cuius exempla bene multa congeessimus ad Minucii Felicis cap. XVII.

MAX. TYR. P. II.

^b [Ἡ λίθος] ἂν εἴη βίος,] Vulgo [Ἡ λίθος] ἂν εἴη [ὁ] βίος. Sed optime Scaliger, quem secuti sumus. Hoc clare probant sequentia.

^c ὅτι ἐρᾷ εὐδαιμονίας, φησί.] Distingue: ὅτι ἐρᾷ; εὐδαιμονίας, φησί. M.

L

et τῶν

τῆς εὐφροσύνης, εἰ οἶσι τῶν παιδικῶν ^d ἐκζητήσῃ σοὶ ἕνα γέ τινα τῶν ἐκ τῆ καταλόγου ^e ἀνδρῶν, ἀλλ' ἐν ἀποκρίνεσθαι ἕνασιν ^f, ὡς εὐδαιμονίας εἶνεκα ὁ μὲν ἀθλεῖ, ὁ δὲ πονεῖ ^g, ὁ δὲ χρηματίζεται, ὁ δὲ κυνηγετεῖ, ὁ δὲ γεωργεῖ ^h, ὁ δὲ πολεμεῖ, ὁ δὲ ἐραῖ, ὁ δὲ ἄδει, ὁ δὲ λέγει. Ἦτοι εἰ ὁ Σαρδανάπαλλος ⁱ ἐκεῖνος ὁ τὸ σῶμα

simplicitatem lubet admirari tuam, si aliquem ex omnibus, quos iam commemorauimus, in suis, quas persequitur, voluptatibus, cessurum tibi esse existimes; ac non responsuros esse pro se singulos, hunc, quod certet, hunc, quod negotietur, hunc, quod venetur, hunc, quod agriculturae, hunc, quod militiae nomen dederit, alium, quod amet, alium, quod canat, alium, quod dicat, folius causa beatitudinis. Nisi forte illum ipsum Sardanapalum existi-

^d τῶν παιδικῶν] Similis huius vocis vsus (nempe de *re cara* et amata) apud Aristidem *Panath.* p. 106. Xenophon in *Oeconom.* de foeminis amatis, pro ut citatur alicubi in Not. ad Pollucem: ἕτε γὰρ ἐλπίδα, ἕτε ἐπιμέλειαν ἡδίστα ἡδίστα εὐρεῖν τῆς τῶν παιδικῶν ἐπιμελείας. loquitur de maribus Seruis, Veneri nimis addictis. Vide et Pollucem V, 81. Platonem de *Rep.* VI. non longe ab initio, et Synesium p. 22. ed. *Turneb.* vbi vocat Philosophiam et eruditionem τὰ παιδικὰ sua. M.

^e ἐκ τῆ καταλόγου] Heinsius mauult ἐκ [τῆς] τῆ καταλόγου. Ast hoc additamento nihil est opus; ὁς enim idem valet ac ἕτος, quod non minus in obliquis, quam in rectis casibus obtinet. Vide Grotium ad *Coloss.* IV. 6.

^f ἀλλ' ἐν ἀποκρίνεσθαι ἕνασιν] Legendum ἀποκρίνεσθαι, ex in-

dole linguae Graecae. et praecessit ἀποκρίνεσθαι. M.

^g ὁ δὲ πονεῖ,] Omnia haec Verba, quae sequuntur, addunt ad exempla, quae initio Dissertationis posuerat. sed nulla ibi mentio alicuius ποίνου. Lego igitur, ὁ δὲ πίνει, quod respondet isti, ὁ δὲ φίλιος (ἐραῖ) μέθης. M.

^h ὁ δὲ γεωργεῖ,] Neque γεωργῆτος in superioribus facta mentio. Lego, ὁ δὲ χορεύει, ibi enim erat, ὁ ἴων (ἐραῖ) χορεύει. Caeterum πολεμεῖ, quod sequitur, respicit et comprehendit *Athenienses* et *Spartiatas*. reliqua satis clara sunt. omittuntur vero in his vltimis Sybaritarum χλιδή et Thebanorum αὐλοί, ab Auctore, an Scribarum negligentia, nescio. M.

ⁱ [Ἦτοι εἰ] ὁ Σαρδανάπαλλος] Legendum [Ἦτοι,] ὁ Σαρδανάπαλλος etc. *An, putas, Sardanapallus* etc.

Ibid.

ἐκτετριμμένος^k, καὶ τῷ ὀφθαλμῷ ἐκτετηκώς, καὶ τὴν
 χαίτην διαπεπλεγμένος, καὶ ἐν πορφύρεσι κατορωρυμέ-
 νος, καὶ ἐν βασιλείοις κατακεκλεισμένος, καὶ παλλακί-
 σιν ἀναμειγμένος, ἄλλο τι ἐδίωκεν, ἢ εὐδαιμονίαν;
 ἢ γὰρ δὴ κακοδαίμων ἐκὼν ἦν. Τί δέ; Ὁ Πέρσης ὁ
 τὰ Αἰγυπτίων ἱερὰ ἀφανίζων πυρὶ^l, ὁ καὶ λοιδορούμε-
 νος τῷ ποταμῷ, καὶ καταθύων τὸν βῆν τὸν Ἄπιν, ἄλλο
 τι ἢ καὶ ἕτος ἐπὶ ταῦτα^m σπεύδων ταῦτα ἔδρα; Ὁ

existimes, cum effoeminato isto corpore, cum oculis palantibus,
 cum implexa caesarie, qui in purpura defossus, in regia sua
 conclusus, in media pellicum turba versatur, aliud quid pro-
 posuisse sibi, praeter beatitudinem; nec enim volens infelix
 fuit. Quid ille, qui Oceano conuiciatur, qui Apin maectat, aliud,
 cum haec faceret, quam beatitudinem, sectatus est? Ego qui-
 dem

Ibid. Ἦτοι εἰ ὁ Σαρδανάπαλλος
 etc.] Lego: Ἦ, οἶει, ὁ Σαρδανά-
 παλλος — ἄλλο τι ἐδίωκεν etc.
pum, puzas, Sardanapallus etc.?
 sic Diff. XI, 8. Ἦ, οἶει, τῆτο εὐ-
 χετο ὁ Σωκράτης — ὅπως ἄρξῃ
 Ἀθηναίων; vide et XX, 5. Sed
 propius adhuc mihi videtur
 εἶτ', οἶει, etc. eodem sensu. Vi-
 deo iam Cl. *Dauisium* conie-
 cisse; Ἦ, οἶει, etc. Ad finem
 sententiae, pro ἄλλο τι ἐδίωκεν,
 ἢ εὐδαιμονίαν, forte scribendum,
 ἢ εὐδαιμονίαν; vt sect. 2. ἄλλο τί
 φησιν, ἢ εὐδαιμονίαν; XXXVI, 6.
 Ἦ (scr. Ἦ) ἄλλο τι ἠγάμεθα εἶναι
 τὴν περιεσσειν, ἢ χρῆσιν etc. nisi
 malis, ἐδίωκε, καὶ ἢ εὐδαιμονίαν.
 vt apud Lucianum in *Parasit.*
 p. 266. περὶ ἄλλο τινοῦ, καὶ ἢ χι
 παρασίτε, ζητήσομεν. M.

k ὁ τὸ σῶμα [ἐκτετριμμένος,]
 Stephano placet ἐκτετριμμένος.
 Sed omnino legendum ἐντε-
 τριμμένος.

Ibid. ὁ τὸ σῶμα ἐκτετριμμένος,]
 Lege, ἐντετριμμένος. Diff. XIII, 7.
 de eodem: ἐντρίβεται ὁ δούληνος,
 καὶ λεαίνεται. Cl. Alexandrinus
Paedag. III, 2. p. 218. ψιμμοθίω
 τὰς παρείας ἐντρίβόμενοι. Philo Iu-
 daeus *De Vit. Contempl.* p. 614.
 τὰ τε πρόσωπα ἐντρίβονται καὶ ὑπο-
 γράφονται. Vide Xenophontem
Cyrop. VIII, 13. et *Perizonium*
 ad Aelian. V. H. XII, 1. p. 660.
 Ita quoque *Dauisius*. M.

l Ὁ Πέρσης ὁ τὰ Αἰγυπτίων ἱερὰ
 ἀφανίζων πυρὶ,] Haec omnia,
 quae vulgo desunt, exhibent
 Reg. et Harleian. eademque
 dedit etiam Paccii codex. No-
 ster autem de Cambyse, Per-
 sarum rege, loquitur. Eius fac-
 cinora memorant Strabo lib.
 XVII. pag. 1158. Iustinus I. 9.
 et praecipue Herodotus III.
 16. seqq.

m ἄλλο τι [ἢ] καὶ ἕτος ἐπὶ
 ταῦτα] Legas et distinguas ve-
 lim:

μὲν γὰρ Ξέρξης καὶ ἀμφισβητήσαι ἂν μοι δοκῆι πρὸς τὸν Δία περὶ εὐδαιμονίας· τοσῶτον αὐτὸν οἶμαι ἐπειλήθησθαι αὐτῆς, καὶ ὅτι αὐτῶⁿ ἢ Ἄσία πρὸς τὴν Εὐρώπην ξυνεδεῖτο θαλαττῆσις ὀλκᾶσιν εἰς γεφύρας σχῆμα ἐφημέρω δεσμῶ. Καὶ μὴν παρ' Ὀμήρω ὁ Ποσειδῶν τῷ Διὶ ἰσοτιμίαν ἄγει^ο. παρὰ δὲ τῆς, ὡς ᾤετο, καὶ

dem Xerxen vel cum ipso Ioue de beatitudine audacter certurum fuisse non dubito: tam videlicet sibi felix vel propterea videbatur, quod aliquot nauibus, tanquam ponte, aquam stravisset; Europam Asiamque breui et mox perituro coniunxisset vinculo. Et enimvero cum eiusdem apud Homerum dignitatis sit Neptunus cum Ioue; ab hoc, quae

lim: ἄλλο τι, (scilicet ἐδίωκεν) [ἢ] καὶ ἕτος ἐπὶ ταῦτο σπεύδων ταῦτα ἔδρα. *Aliud quiddam festatus est? Certe et hic ad eandem rem adspirans haec perpetravit.* Codices habent ταῦτά, pro qua voce ταῦτο reponimus. Vide §. 3.

Ibid. ἄλλο τι ἢ καὶ ἕτος ἐπὶ ταῦτα σπεύδων ταῦτα ἔδρα;] Forte, ἄλλο τι καὶ ἕτος ἢ ἐπὶ τῆτο σπεύδων, ταῦτα ἔδρα; id est, ἐπ' ἄλλο τι, ἢ ἐπὶ τῆτο, sc. εὐδαιμονίαν. Aliter Cl. Editor. M.

ἢ τοσῶτον [αὐτὸν οἶμαι] ἐπειλήθησθαι αὐτῆς, [καὶ ὅτι] αὐτῶ. Vterque codex αὐτῆ οἶμαι. Sed nihil iuuat ista varietas. Locus ita constituendus videtur: Ὁ μὲν γὰρ Ξέρξης καὶ ἀμφισβητήσαι ἂν μοι δοκῆι πρὸς τὸν Δία περὶ εὐδαιμονίας (τοσῶτον αὐτὸν οἶμαι ἐπειλήθησθαι αὐτῆς) [διότι] αὐτῶ ἢ Ἄσία, etc. Scilicet iste rex Hellepontum iunxerat. Vide, praeter alios plures, Isocratem in Paneg. p. 84. Ciceronem Fin. II. 34. et Lucanum II. 672.

Ibid. καὶ ὅτι αὐτῶ etc.] Ante haec verba nonnulla excidisse opinor: τοσῶτον αὐτὸν οἶμαι ἐπειλήθησθαι αὐτῆς, [ὅτι***] καὶ ὅτι αὐτῶ ἢ Ἄσία — εἰς γεφύρας σχῆμα, ἐφημέρω δεσμῶ. Vide finem sectionis, vnde patebit, quid huic loco deficit: nempe, [quod verbera mari inflixit.] et quod *Asiam Europae coniunxit* etc. M.

Ὁ καὶ μὴν [παρ' Ὀμήρω ὁ Ποσειδῶν τῷ Διὶ] ἰσοτιμίαν ἄγει. Sic edidit Stephanus, qui tamen ingenue fassus est, se voces τῷ Διὶ addidisse. Certe Reg. et Harleian. exhibent: καὶ μὴν Ὀμήρω ὁ Ποσειδῶν ἰσοτιμίαν ἄγει. At Paccius vertit: *Et Neptunus apud Homerum Ioui exaequatus in honore.* Ac Iliad. ο'. 185. Neptunus de Ioue loquens, ait:

ὦ πόποι, ἢ ἔ', ἀγαθὸς περ ἔων, ὑπέροπλον ἔειπεν
εἴ μ' [ὀμότιμον] εὐόντα βίη ἀκόντα κατέξει.

Vt recte se gessisse videatur vir doctissimus.

p πληγὰς

πληγὰς λαμβάνει, καὶ εἰς δεσμοτήριον ἐμβάλλεται^p.

β'. Τί λέγω βασιλεῖς βαρβάρους; Οὐχ ὄρας τὸν Πείσιπρατον τὸν Ἕλληνα, τὸν Ἀθηναῖον, ἐπὶ τὴν ἀκρόπολιν αἰεὶ θέοντα, ὥσπερ τῆς εὐδαιμονίας αὐτῷ κατορθωμένης ἐκεῖ σὺν τῇ ἐλαίᾳ τῇ παλαιᾷ^q, καὶ ἐκπέσει, μὴ ἀνεχόμενον καθ' ἡσυχίαν ζῆν; Πολυκράτην μὲν γὰρ εἰδὲ τὸ ἐξ Αἰγύπτου νεφέτημα^r ἐπεισε μὴ φρονεῖν μέγα ἐπὶ εὐδαιμονία, ὅτι ἐκέλητο θάλατταν Ἴωνικὴν, καὶ τρήρεις πολλὰς, καὶ σφενδόνην καλὴν, καὶ Ἀνακρέοντα ἑταῖρον, καὶ παιδικὰ Σμερδίην. Ἄλλ' οἶδε μὲν εἰκόσιν οἱ δυνάσται ἐξηπατημένοις ὑπὸ ἀβρότητος καὶ ἡδονῆς, εὐπροσώπων κακῶν. Ὀμήρου δὲ ἐκ ἀκείεις ἐγκωμιάζοντος τῆς Αἰακίδας^s, ὅτι ἦσαν ἄνδρες

quae infania est hominis, vapulat, in vincula conicitur.
2. Quid reges commemoro barbaros? Nonne Pisistratum vides, qui et Graecus et Atheniensis est, quo studio in arcem quotidie currat, non aliter, quam si beatitudinem ibi cum antiqua Mineruae olea deorsum putaret; et licet voto frustratur, non tamen propterea desinit? Quid, quod Polycratem ne regis quidem Aegyptiorum monita in officio continere potuerunt, quo minus se efferret, magnificeque de felicitate sentiret sua; quod Ionicum mare et in eo plurimas triremes haberet, quod palam annuli pretiosam, quod in amicis Anacreontem, in deliciis haberet Smerdiam? Sed fortasse venia danda est principibus, quod a luxu et voluptate speciosis decepti videantur malis. At vero non audis, quibus laudibus Aeacidas Homerus profatur, quos dicit,

Non

p πληγὰς λαμβάνει, καὶ εἰς δεσμοτήριον ἐμβάλλεται.] Inter alios vide sis Herodotum VII. 35. Valerium Maximum lib. II. cap. II. 3. extrem. et Iuvenalem Satyr. X. 182.

Sectio β'.

q σὺν τῇ ἐλαίᾳ τῇ παλαιᾷ,] Oleam vult, quam Minerua pro-

duxisse ferebatur. Vide Hyginum Fab. CLXIV. et Libanium Progymn. p. 88.

r τὸ ἐξ Αἰγύπτου νεφέτημα] Monitor fuit Amasis, Aegyptiorum rex. Vide Herodotum III. 40, 41. et Strabonem lib. XIV. p. 945.

s Ὀμήρου δὲ ἐκ ἀκείεις ἐγκωμιάζοντος

L 3

ζοντος

πολέμῳ κεχαρηότας, ἤντε δαιτί;
 Καὶ τί ἂν εἴη πολέμῳ ἀχαριστότερον; ἀλλὰ καὶ ὡς τὸ
 ἀχαρὶ δὴπρ πρᾶγμα ἔτυχε καὶ τῆτο ἔ Φαύλων ἐραστῶν,
 Οἶος ἦν καὶ ὁ Φίλιππος αὐθὶς ποτε, ὦ κατὰ Μακεδό-
 νίαν ἔξόν μένειν, καὶ ζῆν ἐπὶ τοῖς Ἀμύντῃ ἀγαθοῖς,
 καὶ τῇ Περδίκκῃ εὐδαιμονία, ἐζήτει ταύτην περιῖαν ἀλ-
 λοθι, ὥσπερ ἐκπεπρωκυῖαν τῆς Μακεδόνων γῆς καὶ
 διὰ τῆτο, ὡς εἶοικε, Τριβαλλοῖς ἐπολέμει, Ἰλλυριοῖς
 ἐπήει, ἐπολιόρκει Βυζάντιον, κατέσκαπτεν Ὀλυμπον,
 Ἀθηναίους ἐξηπάτα, Θεσσαλοῖς συνετίθετο, Θηβαίους
 ἐσπένδετο, Ἐλάτειαν ἐλάμβανε, Φωκέας ἀνίστη, ἐπιώρ-
 κει^u, ἐψεύδετο, ἐπηρεᾶτο ἔδεν ἦν Φιλίππῳ ἀπώμα-
 τον, ἔ ῥῆμα, ἔκ ἔργον, ἔκ αἰσχύνῃ, ἔκ ἀδοξία. Ἐρῶ-

Non secus ac epulis, gaudere horrentibus armis?

Iam quid bello minus est amabile? et tamen res tam odiosa, tam inuisa, non postremae fortis amatores habuit. Qualis postea Philippus fuit, qui cum in Macedonia manere, in Amyntae bonis, in Perdiccae felicitate, vitam potuisset agere; alibi eam per ambages plurimas, tanquam in tota Macedonia non esset, quaerere maluit: huius videlicet causa cum Triballis pugnauit, Illyrios inuasit, Byzantium obsedit, Olynthum euertit, Athenienses sefellit, cum Thesialis se coniunxit, cum Thebanis foedus iniit, Elateam occupat, Phocenses perdit, peierat, mentitur, mutilatur: nullum tam scelestum aut dictum aut factum erat, a quo abstinendum sibi Philippus putaret, ne dedecus quidem,

ζοντος τῆς Αἰακίδας,] Μνημονικὸν
 videtur ἀμάρτημα: non enim
 Homerus, sed Hesiodus, vt
 Heinsio notatum, περὶ τῶν Αἰα-
 κιδῶν haec praedicauit. Poly-
 bios V. I. Οἶος Ἡσίοδος παρεισά-
 γει τῆς Αἰακίδας,

Πολέμῳ κεχαρηότας, ἢ ἔ γε δαιτί.
 Hunc Polybii locum, quod Ku-
 sterus monere neglexit, affert
 Suidas in Δαίτας, et ex eo no-
 stroque legendum: πολέμῳ κε-
 χαρηότας [ἢ ἔ γε] δαιτί. Idem He-

fiodus in Scuto v. II4.

Διλαϊόμενοι πολέμοιο
 φυλόπιδα τήσειν, τὰ σφιν πελὶ
 φέρτερα θόλης.

Iosephus de Idumaeis Bell.
 Iud. IV. 15. Ἔθνος — καθάπερ
 εἰς ἑορτὴν εἰς τὰς παρατάξεις ἐπι-
 γόμενον.

ἔ [ἢ] κατὰ Μακεδονίαν] Lege
 [ὅς,] κατὰ Μακεδονίαν ἔξόν μένειν
 — ἐζήτει ταύτην etc.

u ἐπιώρκει,] Vide sis inter-
 pretes ad Aeliani V. H. VII. 12.

x καὶ

μεθα τὸν Φίλιππον, τίνος ἀντικαταλλάτῃ πόνος τοσού-
 τος, καὶ κινδύνος πραγμάτων, καὶ πηρώσεις σωμά-
 των^α. Κακοδαμονίας ἐρᾶς; Γελοῖον τὸ ἐρώτημα
 ἀλλ' ἔχ' εὔρε γ' δὴ πρὸς τὸ ζητούμενον ὁ Φίλιππος, ἀλλ'
 ἐξάνεστησεν αὐτὸν^β ἢ εὐδαιμονία. Καὶ διὰ τῆτο ὁ Ἀ-
 λέξανδρος χαίρειν τῇ Εὐρώπῃ Φράσας, ὡς ἐρήμῳ ἀγα-
 θῶν, εἰς τὴν Ἀσίαν ἐκπεραιίσται, ὑποπτεύων τὴν εὐδαι-
 μονίαν ἢ ἐν Σάρδεσιν ἐν τῷ χρυσῷ ψήγματι κατορωρέ-
 χθαι, ἢ ἐν Καρίᾳ ἐν τοῖς Μασσωλῶ θησαυροῖς, ἢ ἐν
 τοῖς Βαβυλωνίων τείχεσιν, ἢ ἐν τοῖς Φοινίκων λιμέσιν, ἢ
 ἐν ταῖς Αἰγυπτίων ἡῖοσιν, ἢ ἐν ταῖς Ἀμμωνίων ψάμ-

dem, aut infamia. Quaeramus ex Philippo, cuius rei gratia
 tantum subeat molestiae, tot in rebus gerendis pericula, tot
 incurrat mutilationes corporis. Infelicitatem tibi proponis?
 Ridiculum est hoc quaerere: quamuis enim, quod quaerebat,
 non inueniret; non aliud tamen eum impulit, quam felicitas.
 Huius causa et Alexander Europam, tanquam bonorum omnium
 sterilem, relinquendam sibi putavit, in Asiamque transiit;
 quasi vero Sardibus inter auri ramenta, aut in Caria inter Mau-
 soli thesauros, aut in Babyloniorum muris, aut in Phoenicum
 portibus, aut Aegyptiorum littoribus, aut in Ammoniorum
 arenis

^α καὶ πηρώσεις σωμάτων.] Pro-
 pius ad Philippi historiam red-
 iges, si legas ὀμμάτων. Iustinus
 VII, 6. Cum Methonam urbem
 oppugnaret, in praetereuntem de
 muris sagitta iacta dextrum occu-
 lum regis effodit. vbi vide Com-
 mentatores. Philo περὶ ἀρῶν,
 p. 640. πάρεσις γλώσσης, κωφὸν ἔς,
 πῆρωσις ὀφθαλμῶν. Voci ὀμμάτων
 adhaesit litera σ, ex praecedenti:
 qualiter apud Xenophonem
 Ephesium lib. V. p. 66. vbi
 pro ἐπόμενοι θεός, σεμνήν τηρήσειν
 γάμων ἀγνήν, legendum est, ἢ
 μὴν τηρήσειν. vide p. 31. eiusdem
 operis. M.

^γ ἐρώτημα ἀλλ' ἔχ' εὔρε etc.]
 Haec non recte distinguuntur.
 ita oportuit: Γελοῖον τὸ ἐρώτημα.
 Ἄλλ' ἔχ' εὔρε — ὁ Φίλιππος. Ἄλλ'
 ἐξάνεστησεν αὐτὸν ἢ εὐδαιμονία. Istud
 Ἄλλ' ἔχ' εὔρε etc. est ὑποφορὰ
 ab aliquo obiectore illata: cui
 respondet Maximus: Ἄλλ' ἐξ-
 άνεστησεν etc. Recte cepit Hein-
 sius. M.

^β ἐξάνεστησεν αὐτὸν] Harleian.
 ἐξαναλυθέν. Reg. ἐξαναίσθεν. H.
 Stephani codex ἐξαναίσθεν, vn-
 de receptam lectionem extulit
 vir ille doctus.

μοις. Οὐκ ἐξήρησε δ' αὐτῶ^a ἔ Δαρεῖος Φεύγων, ἐκ Αἴγυπτος ληφθεῖσα, ἐκ Ἀμμων πατῆρ, ἔ Βαβυλων ἀλῆσα· ἀλλ' ἐπὶ τὴν Ἰνδῶν γῆν ἐδραμεν αὐτοῖς ὅπλοις, Ἐρώμεθα τὸν Ἀλέξανδρον τὴν αἰτίαν τῆ δρόμῃ. Τί ποθεῖς; τίνας ἐρᾷς; ἐπὶ τί σπεύδεις; Ἄλλο τί φησὶν, ἢ εὐδαιμονίαν;

γ'. Ἐὰ μοι τὰς βασιλεῖς καὶ τὰς δυνάστας. Τὰ δημοτικά ἔχ ἔρᾷς; ὡς πᾶς ἀνὴρ πανταχόθεν ἐπὶ ταῦτο θεῖ; ὁ μὲν γῆς ἀπλόμενος, ὁ δὲ περὶ θάλατταν πραγματευόμενος, ὁ δὲ περὶ πολέμῃς ἀσχολούμενος, ὁ δὲ περὶ λόγῃς σχολὴν ἄγων, ὁ δὲ γάμον λαμβάνων, ὁ δὲ παῖδας τρέφων, ὁ δὲ λητεύων, ὁ δὲ ὑβρίζων, ὁ δὲ δωροδοκῶν, ὁ δὲ μοιχεύων, ὁ δὲ μισθοφορῶν; Κινδυνώδεις ὁδὸς καὶ σφαλερὰς οἱ πολλοὶ ἰόντες, ἐπ' αὐτῶν τῶν κρημνῶν καὶ βόθρων^b. ἔς οἰκτεῖρα ἂν τις τῆτο δὲ

arenis defossa iaceret felicitas. Quid, quod nihil illi satis esse potuerit, non Darii fuga, non Aegypti expugnatio, non Ammon pater, non Babylonis deditio, quo minus cum exercitu in Indiam excurreret? Quaeramus causam ex Alexandro, cur tantopere discurreret. Quid peris? quid proponis tibi? quid tam studiose sequeris? Aliudne dicturus est, praeter beatitudinem?

3. Reges relinquamus et principes. Nonne eadem in plebe vides? nonne eodem omnes festinant undique? an alio sine hunc terra, illum mare occupatum tenet? alius militare, alius literis vacare mavult? hic uxorem ducit, ille liberos nutrit? Ut omittam eos, qui ex rapto viuunt, qui contumeliis gaudent, qui munera captant, quos stupra delectant, qui mercede adducunt operam. Quorum plerique difficilem plenamque periculorum ingrediuntur viam, et, ut verius dicam, per praecipitia et manifestas abyssos incedunt; qui licet infelices iudicentur ab aliis,

sponte

^a [οὐκ] ἐξήρησε δ' αὐτῶ] Ibid. ἐπ' αὐτῶν τῶν κρημνῶν καὶ βόθρων] In Cod. Reg. erat βάρθρων. in Harl. βόθρων. unde ita edidit Cl. Vir. Mihi recta videtur vulgaris Scriptura, βαράθρων,

^b κρημνῶν καὶ [βόθρων] Vulgo βαράθρων. At Reg. βάρθρων. Harleian. βόθρων, quod recepi. Codices vero deprauati: quia in multis Veterum locis video has

ἐκ ἂν λάθωσι c. Καὶ ἔτσι μὲν σπυδασικοί τινες τοῖς βίοις τὸ δὲ ἀργὸν καὶ ἀλύον τῆτο πλῆθος, ἄρα καὶ τῆτο προήκατο τὴν τῆ ἀγαθῆ ἐλπίδα; ἔδαμῶς μὰ Δία. Οὐ γὰρ ἂν ἔτε οἱ κόλακες πράγματα εἶχον τὰς τῶν πλησίον ἐπιθυμίας θεραπεύοντες^d, ἔτε οἱ βωμολόχοι τῶν θαμβῶν καὶ γελάτων ἐκθηρώμενοι γενέσεις τε καὶ ἀγωγὰς, ἔτε οἱ τὰ θαύματα ἐπιδεικνύμενοι, ἐκκλώμενοί τε καὶ σρεβλόμενοι τὰ σώματα, ἔτε ἄλλος ἄλλο τι ἐπιμηχανώμενος σπυδῆ, καὶ μάταιον ἦ.

δ. Ἦλθεν εἰς Βαβυλῶνα ἀνὴρ Ἰὼν παρὰ τὸν μέγαν βασιλέα, τέχνην τιὰ ἐπιδεικνύμενος διαφέρεσσαν

sponte hoc et non ignari faciunt. Et tamen omnes, quos hactenus diximus, aliquid agere videntur. Quid iam de otiosis illis, qui sine certo vitae scopo oberrant passim, dicendum putas? an hos ipsos sine spe aliqua boni consequendi vinere arbitraris? Non, ita me deus amet. Frustra namque adulator tanto negotio alienae seruiret libidini; frustra suauiludius aliquis admirationes et risus tam diligenter excitare et mouere tentaret; frustra membra sua inflecteret ac distorqueret circulator, ut artes suas venditaret et miracula; alius denique quiuis, qui magno labore nugas agit.

4. Sic Babylonem ad Perfarum regem venisse dicitur quidam natione Ionicus, qui mirificam quandam vellet ostentare artem:

has voces κρημνοὶ et βάραιτρα potuit ἐκ ἂν λάθωσι ποιῶντες, vel τῆτο δὲ αὐτὸς ἐκ ἂν λάθοι. sed sine Codicibus inanes sunt omnes in hunc locum Coniecturae. M.

3. ἂν αἱ μὲν πολλὰ (i. ἄλλα) ἐπὶ κρημνὸς καὶ βάραιτρα ἄγουν. V, 2. δρύγματα κρημνοὶ καὶ βάραιτρα καὶ τειχία. M.

c τῆτο δὲ ἐκ ἂν λάθωσι.] Puto haec non esse Graeca. sensus quidem non alius esse potest, quam quem expressit Cl. Interpres: sed ἐγὼ λαυδάω τῆτο, pro ego ignoro hoc, auribus Graecis opinor ignotum est. scripsisse

d τὰς τῶν πλησίον ἐπιθυμίας θεραπεύοντες.] Immo τῶν πλησίον. vide Lucianum De Parasito p. 267. ἐμοὶ μὲν γὰρ δοκῶσιν, et quae sequuntur, ubi satis exemplorum: et Platonem de Rep. V. p. 364. κολακείας τε πλησίον πένητες etc. Sed exemplis non opus est. M.

εὐμηχανία· ἀμάξας τινὰς ποιόμενος μικρὰς τρογγύ-
 λας^ο, κατὰ βελόνης ὀρθίς πόρρωθεν ἀφίεις, τῆς βελό-
 νης ἀκρας ἐτύγχανε· καὶ ὤτεο δῆπρ μέγα εἶναι αὐτῷ
 ἀγαθὸν τὴν εὐσοχίαν τῆς βελόνης, εἶχ' ἦτον, ἢ ὁ Ἀχιλ-
 λεὺς τὴν τῆς μελίας τῆς ἐκ τῆ Πηλίδ. Καὶ ἐν Λιβύῃ
 ἀνὴρ Λίβυς, Ψάφῶν ὄνομα^ε, ἐραστῆς εὐδαιμονίας ἔτα-

artem: offulas habebat paruas rotundasque, quas in hunc
 usum fecerat; eas tam certo iectu in mucronem acus ex distanti
 loco dirigebat, ut nunquam ab acie eius aberraret: neque mi-
 nus magnifice de hac acu sua, eiusque arte sentiebat, quam
 Achilles de hasta sua, quam ex Pelio monte Homerus illi fabri-
 cavit. Rursus in Libya quidam eius regionis fuit, Psaphon no-
 mine, qui felicitatem ambiret, non paruum quandam, meher-
 cules,

Sectio δ.

^ε ἀμάξας τινὰς ποιόμενος μικρὰς
 τρογγύλας.] Vertit Paccius: *offu-
 las paruas rotundasque*; quare
 Scaliger et Leopardus XVIII.
 28. reponunt μάξας. Nec sane
 fieri potest, ut ἀμάξαι sint ro-
 tundae. Reg. et Harl. dant
 ἀμάξας τε ἄτε ποιόμενος. Lege-
 rim: μάξας [τέατος] ποιόμενος μι-
 κρὰς, τρογγύλας. Cl. quidem Hem-
 sterhusius ad Pollucis VII. 189.
 rescribit σφαίρας τινὰς ποιόμενος.
 Sed tum demum τρογγύλας ab-
 vndare manifestum.

Ibid. ἀμάξας τινὰς ποιόμενος μι-
 κρὰς τρογγύλας.] Pro voce prima
 legunt μάξας Scaliger, *Leopar-
 dus* et *Dauisius*. fundus huius
 Coniecturae est *Paccii* versio
offulas: vnde adstruunt, illum
 in Codice *Florentino* inuenisse
 μάξας. Fauet Glossarium *Vetus*:
 μάξα, *offa*. Suidas: μάξα, ἄρ-
 τος, φύραμα. Codd. vero Reg.
 et Harl. pro τινὰς exhibent τε

ἄτε: vnde *Dauisius* legit μάξας
 τέατος ποιόμενος. Propius erat
 τέατι. Sed ex vtrorumque Co-
 dicum lectione, τε ἄτε et τινὰς,
 vnam et veram, nisi fallor, re-
 duco: μάξας τέατινος ποιόμενος
 μικρὰς τρογγύλας, *pilulas farina-
 ceas conficiens*, etc. Adhuc ta-
 men cum Cl. *Hemsterbusio* puto
 dubitari posse de voce μάξας pro
 ἀμάξας. Vtunque hoc sit, sen-
 sus certe erit iste, quem in ver-
 sione expressi. M.

^ε ἐν Λιβύῃ ἀνὴρ Λίβυς, Ψάφῶν
 ὄνομα, — κεχειροτονημένος.] Hanc
 historiam refert Scholiastes ad
 Dionis Chrysostomi Orat. I.
 pag. 3. nisi quod Apsepham,
 non Psaphonem, memoret.
 At totam Maximi nostri ἔησεν,
 auctoris nomine praetermissa,
 descripsit Apostolius Cent. XX.
 100. quod Pantinum fugit. Si-
 milem technam adhibere vo-
 luit Hanno, sed frustra fuit.
 Vide sis Aelianum V.H.XIV.30.

g ἀλλὰ

πεινῆς μὰ Δία, ἔδδ' τῆς περιθεῆσης ταύτης, ἀλλὰ ἤθελε γὰρ ἢ θεὸς εἶναι δοκεῖν· ξυλλαβῶν ἔν τῶν ᾠδικῶν ὀρνίθων πολλὰς, ἐδίδασκειν ἄδειν τὰς ὀρνίθιας· ΜΕΓΑΣ ΘΕΟΣ ΨΑΦΩΝ· καὶ ἠΐει αὐτῆς ἐπὶ τὰ ὄρη. Οἱ δὲ οἱ αὐτοὶ ἢ τε ἦδον, καὶ οἱ ἄλλοι ὀρνίθιας ἐθίζομενοι τῇ Φωνῇ. Λίβυες δὲ θεῖαν νομίσαντες εἶναι τὴν Φήμην^ι, ἔθουον Ψάφωσι, καὶ ἦν αὐτοῖς θεὸς ὑπὸ ὀρνίθων κειροτονημένος· ἔδδ' οἶμα τῷ Περσικῷ^κ Φαυλότερος, ὃν ἔ πρότερον προσεκύνησαν Πέρσαι, πρὶν αὐτὸν ἐχειροτόνησεν ἐπὶ τὴν ἀρχὴν ὑβριστεῖς ἵππος.

ε. Οὕτως ἄρα ἔδδ' ἕτερον ἑτέρῳ ὁμολογεῖ τῶν ἀνθρώπων, ἀλλὰ πάντες ἕρωτος κοινῶν ἄνθρωποι ἐνός τῷ πρὸς

cules, aut quam vulgus hoc affectat; sed ut videri deus possit: plurimas itaque, quas canoras esse iudicabat maxime, aues collegit, easque canere haec verba docuit: MAGNVS DEVS PSAPHON; atque ita edoctas rursus in priorem locum demittebat. Itaque tum ipsae hae, tum aliae vocem earum imitatae, hoc canebant. Ibi Libyes, qui diuinum hoc augurium esse iudicabant, Psaphoni continuo rem sacram facere; atque ita comitiis auium Libycus deus designatus est Psaphon; quamuis hac in parte nihil regi Persarum debeat, quem non prius adorare Persae voluerunt, quam rex a libidinoso equo creatus est.

5. Sic cum nihil in rebus sit humanis, in quo non diuersum aliquid ab alio inuenias; in eo tamen conueniunt, quod ut

g ἀλλὰ ἤθελε γὰρ] Pantinus, excidisse vocem ratus, legit ἀλλὰ [μείζονος] ἤθελε γὰρ etc. Sed operam lusit vir eruditus.

h οἱ δὲ [οἱ] αὐτοὶ τε ἦδον,] Lege οἱ δὲ αὐτοὶ τε ἦδον, et sic habet Apostolius. Abundat procul dubio vox tertia.

Ibid. οἱ δὲ οἱ αὐτοὶ] Os in secundo loco vel delendum puto, vel pro eo legendum, οἱ δὲ δὴ αὐτοὶ. Prius mauult Cl. Editor ex Apostolio. M.

ἢ θεῖαν νομίσαντες εἶναι τὴν [Φήμην,] Pantinus reponit τὴν φωνήν. Nihil opus, cum sana sit lectio recepta. Hesychius: φήμις, φήμη, κληδών, φωνή, λόγος. Scholiastes ad Homeri Odyss. τ'. 100. φήμην, κληδόνα, οἰωνόν. Idem ad Iliad. θ'. 250. Παντοφάμις, πάσις [φήμις] καὶ κληδόνας αἰτίῃ καὶ δοτῆρι· ὁμφὴ γὰρ, ἢ θεῖα κληδών. Vide Pollucem lib. I. §. 18, 19.

κ τῷ Περσικῷ] Darium dicit Hyftaspis

τὸ ἀγαθὸν, ἔντα πολλὰς καὶ παντοδαπὰς ὁδὸς, ἄλλος ἄλλης πράξεως νενεμημένος καὶ μοῖραν καὶ τύχην. Καὶ κοινὸς μὲν πᾶσιν ὁ τῷ ἀγαθῷ πόθος, τυγχάνει δὲ τῷ ζητῶμεν ἑδὲν μᾶλλον ἄλλος ἄλλος· ἀλλὰ ὡς περ οἱ ἐν σιότῳ χρυσὸν καὶ ἀργυρον μασεύοντες, ἄποροι ὄντες τῷ τῷ θηρώμενον ἐλέγξοντος φθόγγῃ¹, βεβῆει καὶ ἐπαφῇ ἄπιστον εἰκασίαν λαβόντες, περιπίπτοντες ἀλλήλοις καὶ διαδάκνοντες, ἕτε ἀφίεναί τοιμῶσι, μὴ ἄρα ἔχωσιν, ἕτε παύσασθαι πονέμενοι, μὴ ἄρα ἐκ ἔχωσιν· ἐνθα δὲ θόρυβος, καὶ σάσεις, καὶ παρακελεύσεις, καὶ φωνὰι ζητῶντων, φρονόντων, διωκόντων, ὀδυρομένων, ἀρπαζόντων, ἀφαιρεμένων· καὶ βοῶσι μὲν πάντες καὶ παιωνίζουσιν^m, ὡς δῆτα ἐντετυχηκότες τῷ ἀγαθῷ, ἔχει δὲ

communi amore bonum omnes prosequuntur, ita varia eo diversaque via tendant; nec ullus sit propemodum, qui vel idem agat, vel fortunam eandem sequatur. Sic cum omnibus vnus sit boni ipsius amor infusus, non tamen hic magis, quod quaerit, quam ille, consequitur: sed, ut qui noctu aurum aut argentum quaerunt, neque lumen habent, quo quod quaeritur dignoscant, sed ex pondere tantum et tactu coniecturam faciunt incertam, pugnis saepe et dentibus inter se velitantur; dum nemo, quod in manu habet, vult dimittere, ne forte habeat, neque a quaerendo abstinere, ne forte non habeat: hinc tumultus oritur et contentio, hinc clamores diuersi; dum alii adhortantur, alii quaerunt, alii gemunt, alii insequuntur alios, alii lamentantur, alii rapiunt, aliis eripitur: saepe omnes clamant prae gaudio, et victoriam canunt, tanquam bonum omnes repererint, cum tamen

Hystaspis filium. Vide Herodotum III. 85. seqq. et Iustinum I. 10.

Sectio 4.

1 τῷ τῷ θηρώμενον [ἐλέγξοντος φθόγγῃ,] Vulgo ἐξελέγξοντος, aduersantibus Mss. Heinsius autem legit τῷ τῷ θηρώμενον ἐλέγξοντος [φθόγγῃ.] At Maximus, nisi fallor, scripsit ἄποροι ὄντες

τῷ τῷ θηρώμενον ἐλέγξοντος, [φθόγγῃ,] βεβῆει καὶ ἐπαφῇ ἄπιστον εἰκασίαν λαβόντες etc. Ex sonitu certe, qui redditur, indicamus, an aurum vel argentum sit adulterinum.

m καὶ παιωνίζουσιν] Vulgo παιωνίζουσιν, quod etiam dicitur; sed sequendi sunt Mss. qui vocem eo, quo dedimus, modo reprae-

ἔδεις, ὑπὸ δὲ ἀπιστίας τὰ τῷ πλησίον ἕκαστος ῥήματα διερευνᾶται ἢ.

5. Τῷτο τὸ πάθος ταράττει τὴν γῆν καὶ τὴν θάλατταν, τῷτο ἀθροίζει τὰς ἐκκλησίας, τῷτο συνάγει τὰ δικαστήρια, τῷτο πληροῖ τὰ δεσμωτήρια, τῷτο πήγνυσι ναῦς, τῷτο τριήρεις καθέλκει, τῷτο πολέμους συντάττει ὁ, τῷτο ἀνεβίβασεν ἐπὶ ἵππους ἵππείας, ἐπὶ ἄρματα ἡνίοχους, ἐπὶ ἀκρόπολιν τυράννης. Διὰ τῷτο ξεναγοί, διὰ τῷτο μισθοφόροι,

Ἄνδρας μὲν ῥ κλείνεις, πόλιν δέ τε πῦρ ἀμαθύνει,
Τέκνα δέ τ' ἄλλοι ἄγχοι, βαθυζώνους τε γυναῖκας.

men habeat nemo; rursus tam incerti sunt omnes, ut singuli in verba inquirant singulorum.

6. Hoc est illud, quod terram turbat et mare; hoc est, quod conciones conuocat, iudicia cogit, implet carceres, naues fabricat, triremes deducit, aciem instruit; hoc est, quod equis suis equites, aurigas curribus, arcibus imponit tyrannos. Hinc imperatores, hinc milites,

*Qui mactent homines; urbem depascitur ignis,
Abducunt pueros alii, comasque maritas.*

Infinita

repraesentant. Hesychius: Παιωνισαντες, ἀλαλάξαντες. Aeschylus in septem contra Thebas v. 274.

Ὀλολυγμὸν ἱερὸν εὐμενῆ [παιωνισσον.]

Idem apud Eustathium et Victorianum scholiasten ad Iliad. 1. 158.

Οὐδ' ἐστὶ βωμὸς, ἔδδ' [παιωνίζεται.]
Thucydides lib. I. p. 35. Καὶ [ἐπεπαιωνισο] αὐτοῖς ὡς ἐπίπλην.
Vide et lib. IV. p. 281. ac Plutarchum in Theseo pag. 10. A.

ἢ ἕκαστος ῥήματα διερευνᾶται.]
Forte, εὐρήματα. M.

Sectio 5.

ὁ τῷτο πολέμους συντάττει] *Aciem*

instruit, Cl. Interpres. sed πόλεμον συντάττειν Nostro longe aliud significat; nempe, bellum componere, et pacem reducere. Diff. XIX, 3. συντάττειν τὸν ἐν αὐταῖς πόλεμον diuersitatem, quae in illis est, conciliat et componit, Heinsius: et mox, συντάττει τὸν ἐν αὐτῇ θόρυβον, eodem sensu. Legendum igitur puto: τῷτο πολέμους συνάπτει hoc bellorum conflictus parit. Suidas: Συμφέρεται, — ἐπὶ τῷ συνάπτειν μάχην. et ita Plutarchus in Antonio p. 916. E. 919. F. M.

ῥ Ἄνδρας μὲν] Iliad. 1. 259.

q' rix

Καὶ τῶν ἄλλων μυρίων κακῶν ἀνέχοντα οἱ ἄνθρωποι
 δι' ἑδὲν ἄλλο, ἢ δι' ἐλπίδα ἀγαθῆ καὶ ἀγνοίαν. Ἐνέ-
 Φυσε γάρ τι ὁ Θεὸς ζώπυρον τῶ τῶν ἀνθρώπων γένει
 τῆς προσδοκίας τῆ ἀγαθῆ, ἀπέκρυψε δὲ αὐτῆ τῆ
 εὐρεσιν·

Ῥίζη μὲν μέλαν ἔσκε, γάλακτι δὲ εἴκελον ἄνθος.
 Οὐ γὰρ ἐξαπατήσει με Ὅμηρος τῶ ὀνόματι. Ὁρῶ
 τὸ μῶλυ, καὶ συνίημι τῆ αἰνίγματος, καὶ σαφῶς
 οἶδα, ὡς χαλεπὸν εὐρεῖν τὸ χεῖμα τῆτο

Ἄνδράσι γε θνητοῖσι θεοὶ δὲ τε πάντα ἴσασι·

ζ'. Νῦν δὲ τοῖς ἀνθρώποις περὶ μὲν ἀτόπη λέ-
 βητος ὁ Ἀπόλλων λέγει ἐφομένῃ ἐν Λυδοῖς, καὶ τὸ
 ξύλινον τεῖχος λέγει, καὶ τὸν σενυγρὸν ἰσθμὸν, καὶ

Infinita denique alia mala sunt, quae propterea hominibus
 eueniunt, quod sperent bonum, et ignorent. Expectationem
 namque boni, tanquam scintillam aliquam, mortalium animis
 iniecit deus; inuentionem vero abscondidit:

Nigra illi radix, par flos albedine lactis.

Non enim me decipiet Homerus, quamuis alio vtatur nomine.
 Scio, quid sibi velit illud moly: intelligo hoc, quod obscurius
 ab eo dicitur; nec me latet, quam difficilis inuentu haec res sit

Mortali generi, superi namque omnia norunt.

7. Nunc hominibus de friuolo nescio quo lebetes, qui apud Lydos
 coquitur, oracula reddit Apollo; nunc de muro ligneo, nunc de
 isthmi

q Ῥίζη μὲν μέλαν] Odyss.

κ'. 304.

r πάντα ἴσασι] Ad rem suam
 poetae verba flectit; nam πάντα
 δύναται legitur apud Home-
 rum Odyss. κ'. 306.

Sectio ζ'.

s περὶ ἀτόπη λέβητος — καὶ
 τὸ ξύλινον τεῖχος λέγει,] Vide,
 quae diximus ad Diff. XVII. 6.

t τὸν σενυγρὸν ἰσθμὸν,] Oeno-
 maus apud Eusebium Pr. Euang.
 V. 20. Ἀριστόμαχος ὁ Ἀριδαίος, ἐπει-

δὲν δ' Ἀριδαίος ἐτεθνήκει ἐν τῇ
 εἰσβολῇ, ἔρχεται ἀκισσόμενος παρὰ
 σοῦ περὶ τῆς ὁδοῦ ἐπεθύμει δὲ, ὡς περ
 καὶ ὁ πατήρ· σὺ δ' αὐτῶ λέγεις·

Νίκην σοι φαίνασι θεοὶ δι' ὁδοῦ
 σενύγων

καὶ δὲ κατὰ τὸν ἰσθμὸν ὤρμησεν
 ἐπιχειρεῖν, καὶ μάχη τελευτῆ. Τέ-
 τω δὲ υἱὸς ὦν ὁ Τήμενος κακοδαί-
 μων ἦκεν ἐκ κακοδαίμωνων τρίτος·
 σὺ δ' αὐτῶ παρεγγυῆς, ἃ καὶ Ἀρι-
 στομάχη τῷ πατρὶ, καὶ ὅσα ἄλλα
 κἀκεῖνός σοι ἔφη πεισθεῖς (forfan
 σοὶ

σεισμὸν μέλλοντα, καὶ ἐπιόντα πόλεμον, καὶ κατιόντα
 λοιμὸν· τὸν δὲ τέτων πρεσβύτερον χρησμὸν ἔ λέγει,
 ὅπως πόλεμος μὴ γένηται, πῶς τείχος μὴ δεηθῶ, πῶς
 λοιμὸν μὴ φοβηθῶ. Ἄλλ' ὁ μὲν Ἀπόλλων ταῦτα ἐκ
 Δελφῶν ἔ λέγει, ἔδὲ ὁ Ζεὺς ἐκ Δωδώνης λέγει, ἔδὲ
 ἐξ ἄλλης γῆς ἄλλος θεός· Φιλοσοφία δὲ λέγει. Ὡς
 χρησμῶ καλῶ, καὶ μαντικῆς πολυωφελεστάτης· πείσο-
 μαί τῇ χρησμωδία, εἰάν ὁμολογημένην ταύτην ἴδω.
 Ἀσασιάσόν μοι χρησμὸν λέγε· τοιαύτης δέομαι μαν-
 τικῆς, ἢ πεισθεῖς βιώσομαι ἀσφαλῶς. Ποῖ πέμπεις
 τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος; τίνας ὁδός; ἐπὶ ποῖον τέλος;
 ἐν τῷτο ἔσω, κοινὸν ἔσω. Νῦν δὲ καὶ Φιλοσοφίας ὄρω
 πολλὰς ἀποικίας, ἄλλον ἀλλαχῶ σελλόμενον· ὡς ἐπὶ
 Βοιωτίαν Κάδμον, ὡς Ἀρχίαν ἐπὶ Συρακῆσας, ὡς Φά-
 λανθον ἠ ἐπὶ Τάραντα, ὡς Νηλέα ἐπὶ Μίλη-

isthmi angustiis, nunc de futuro terrae motu, nunc de imminente
 bello, nunc de pestilentiae aduentu: quae vero his omnibus
 potiora sunt oracula, quo pacto vitari bellum possit, quo pacto
 muro ne opus quidem habeamus, quo pacto pestem ne timea-
 mus quidem, sola haec reticet. De his neque ex Delphis
 Apollo, neque ex Dodona Iupiter, neque alia e terra oracula
 mittit alius deorum aliquis: quae de his respondet, sola philo-
 sophia est. O pulchra oracula! o divinationem multo utilissi-
 mam! cui hac conditione credam, ut nullam in ea ambiguita-
 tem deprehendam. Peto certum, peto sine repugnantia vlla
 oraculum. Ego, quod vitae securae transigendae rationem do-
 ceat, oraculum requiro. Responde, quo mittas mortale genus,
 qua via sit eundem, quem ad finem: sit modo vnum, sit modo
 omnibus commune. Nunc multas video philosophiae colonias,
 aliumque mitti alio; sicut in Boeotiam Cadmus, Syra-
 culas Archias, Tarentum Phalanthus, Miletum Nileus,
 Rhodum

σοὶ ἐπιπεισθεῖς) ἀπέθανεν ἐν τῇ εἰσ-
 βολῇ· καὶ σὺ ἔφης, ἔ κατὰ γῆν
 λέγω σενύγρην, ἀλλὰ κατὰ τὴν
 εὐρυγᾶτορα, ἐπειδὴν χαλεπὸν ἦν
 εἰπεῖν κατὰ τὴν θάλασσαν etc.
 Vide Theodoretum Therap. X.

p. 139. et scholiasten ad Thu-
 cydidis lib. I. p. 10.

ἢ ὡς Φάλανθον] Stephanus
 edidit Φίλανθον, ac ita Reg. et
 Harleian. Pariter Eustathio ad
 Dionysii Perieg. v. 376. Φίλαν-
 θος

τον^x, ὡς Τληπόλεμον ἐπὶ Ῥόδον. Ἡ τὴν μὲν γῆν ἀνάγκη
νευεμῆσθαι τοῖς τόποις, καὶ οἰεῖν ταύτης ἄλλης ἄλλην
μοῖραν· τὸ δὲ ἀγαθὸν ἐν, ἀνέμητον, ἀφθονον, ἀνευδρές,
πολυαρκές πάσῃ φύσει λογισικῇ^y καὶ διανοητικῇ ὡς
ἥλιος εἰς ἀγαθὸν ἐν φύσεως ὁρατικῆς, καὶ μυσικῆ μίας
ἀγαθὸν ἐν φύσεως ἀκρωτικῆς, καὶ ὑγεία μία φύσεως
σαρκίνης. Ἀλλὰ τοῖς μὲν ἄλλοις ζώοις κατ' ἀγέλην
ἐκάστην ἀποκέκριται πρὸς σωτηρίαν ἀγαθὸν ἐν, καὶ κοι-

Rhodium versus Tlepolemus. At vero terram diuersis locis
distingui, aliosque aliam eius occupare partem, necesse est; bo-
num vero vnum, inseparabile, copiosum, nullius rei est ege-
num; tale denique, vt omnibus, qui ratione menteque sunt
praediti, sufficiat abunde: sicut sol vnus vnum est bonum omni-
bus, qui vident; musica vna bonum vnum omnibus, qui au-
diunt; vna sanitas omnibus, qui carne sunt vestiti. Iam et aliis
animalibus, prout in greges suos diuisa sunt genera, vnum ad
confer-

δος dicitur. Sed male; nam *Phalan-
tibus* genuinum est hominis
illius nomen, vt vidit Tan. Fa-
ber ad Iustini III. 4. Vetus in-
terpres ad Horatii lib. II. Od.
VI. 12. *Phalantibus* Lacedaemo-
nius fuit eiectus patria hac de
causa, quod, absentibus Lacedae-
monis, eorum filiae ex seruis
grauidae pepererant; quos filios
zali culpa genitos reuersi a bel-
lo Lacedaemones patria eiece-
runt, quorum dux *Phalantibus*
fuit, qui Tarentinam condidit
ciuitatem. Vide Strabonem lib.
VI. p. 426, 427.

^x Νηλέα ἐπὶ Μίλητον.] Sic
Harl. a secunda manu, cum
prima daret Νηρέα. Vulgo Νη-
ρέα. Sed Νηλέα vel Νειλέα legi
debere prior vidit Heinsius.
Eum Νηλέα vocant Aelianus V.
H. VIII. 5. Conon Narrat. 2.

Harpocraton in Ἑρμῆσι, et
scholiastes ad Callimachi Hymn.
in Iouem v. 77. Vide Spanhe-
mium ad Hymn. in Dianam
v. 226. Νειλέως autem vel Νει-
λέως Herodoto IX. 96. Pausaniae
lib. VII. pag. 523. seqq. Laër-
tio I. 22, 29. et Suidae nomi-
natur; ac hanc scribendi ra-
tionem veram putat Henr. Va-
lesius ad Amm. Marcellini
XXVIII. 1. Hunc Neleum siue
Nileum Codri filium dicunt
plerique. Sed Μίλητον ἔκτισε
Νηλεὺς ἐκ Πύλου τὸ γένος ὄν, si
fides Straboni lib. XIV. p. 938.
Vide sis et Eustathium ad Dio-
nyfii Perieg. v. 823.

^y πάσῃ φύσει λογισικῇ] Vel λο-
γικῇ. ita infra: τὴν κοινωνικωτά-
την, τὴν λογισικωτάτην. pro voce vl-
tima conieceram τὴν λογικωτάτην.
et ita habent Codices. mendo-
se

νωνεῖ ἴσα βίῃ καὶ τέλος ἐνός τὰ ὅμοια τοῖς ὁμοίοις, ἕκαστα ἑκάστοις, τὰ πετόμενα, τὰ βαδίζοντα, τὰ ἔρποντα, τὰ τὴν ὑγρὰν διαίταν ἀσπαζόμενα, τὰ σαρκοφάγα, τὰ ποιηφάγα^z, τὰ καρποφάγα, τὰ ἀγελαστικά, τὰ ἡμερα, τὰ ἀγρια, τὰ εὐκερω, τὰ ἄκερω^a. καὶ μεταθῆς τὴν βίῃς, παρανομεῖς περὶ τὴν φύσιν. Τὴν δὲ τῶν ἀνθρώπων ἀγέλην, τὴν σύννομον, τὴν ἡμερωτάτην, τὴν κοινωικωτάτην, τὴν λογικωτάτην^b, κινδυνεύει διαλύειν καὶ διασπᾶν ἐκ ἐπιθυμία δημώδης μόνον, ἔδὲ ὀρέξεις ἄλογοι, ἔδὲ ἔρωτες κενοί· ἀλλὰ καὶ τὸ βεβαιότατον τῶν ὄντων φιλοσοφία, πολλὰς καὶ αὐτὴ δῆμους ποιεῖ καὶ νομοθέτας μυρίας, διασπᾶ καὶ διασκίδνησι τὴν ἀγέλην^c, καὶ πέμπει ἄλλον ἀλλαχῆ,

conseruationem sui seorsim concessum est bonum, aequalem vitam ducunt, eundem finem sequuntur omnia, quae inter se sunt similia, cum singulis singula; siue ea videas, quae volant, siue quae incedunt, siue quae repunt; tam ea, quae in aquis degunt, quam quae carnibus, aut herbis pascuntur; quaecunque gregatim viuunt, quaecunque mansueta, quaecunque aggressia sunt; siue illis cornua addas, siue demas: quod si vitam eorum mutas, naturae vim infers. At vero humanum gregem, qui maxime societate conseruatur, omnium maxime mansuetus est, communitate gaudet maxime, ratione prae caeteris est praeditus, non solum vulgares cupidines, et brutales appetitus, vanique amores disiongere possunt ac diuellere; sed et illa, quae omnium rerum stabilissima habetur, philosophia in plures populos studiosos sui secat, diuersis eos legislatoribus tradit, totum gregem dissipat, alium ablegat alio,

Pytha-

se imprimatur λογικωτάτην. Mox, pro ποιεῖ si scriberetur ποιῆσα, melius procederet oratio. M.

^z τὰ ποιηφάγα,] Vulgo defunt hae voces, quas cum Reg. et Harleian. darent, addendas putauimus.

^a τὰ εὐκερω, τὰ ἄκερω] Ita codices: vulgo τὰ εὐκερω, τὰ ἄκερω.

MAX. TYR. P. II.

^b τὴν λογικωτάτην,] Vulgo τὴν λογικωτάτην. At Reg. et Harleian. ab ea stant lectione, quam damus.

^c πολλὰς καὶ αὐτὴ δῆμους ποιεῖ καὶ νομοθέτας μυρίας διασπᾶ καὶ διασκίδνησι τὴν ἀγέλην,] Sic locum distinximus, quo modo faciendum vidit Heinsius. Vulgo πολλὰς καὶ αὐτὴ δῆμους ποιεῖ, καὶ νομοθέτας

M

θέτας

Πυθαγόραν μὲν ἐπὶ μουσικῆν, Θαλῆν δὲ ἐπὶ ἀστρονομίαν,
 Ἡράκλειτον δὲ ἐπὶ ἐρημίαν, Σωκράτην δὲ ἐπὶ ἔρωτας,^a
 Καρνεάδην δὲ ἐπὶ ἀγνοίαν^c, Διογένην ἐπὶ πόνους, Ἐπίκου-
 ρον ἐφ' ἡδονήν. Ὁρᾶς τὸ πλῆθος τῶν ἡγεμόνων; ὀρᾶς τὸ
 πλῆθος τῶν συνθημάτων; πῆ τις τρέπηται; ποῖον αὐ-
 τῶν καταδέξομαι; τίμη πεισθῶ τῶν παραγγελμάτων;

Pythagoram ad musicam, ad astronomiam Thalen, in solitudi-
 nem Heraclitum, ad amores Socratem, ad castitatem Carne-
 adem, ad labores Diogenem, ad voluptates Epicurum. Videsne
 magnam ducum copiam? videsne diuersas tesseras? quo me ver-
 tam? cui me tradam? cuius imperiis me dicto audientem dabo?

Λ Ο Γ Ο Σ λς'.

Εἰ προηγόμενος^a ὁ τῷ Κυνικῷ βίος.

Βούλομαι σοὶ κατὰ τὴν Λυδῶ σοφίαν^b ποιῆσαι μύ-
 θον· διαλέξονται δέ μοι ἐν τῷ μύθῳ ἕχ' ὁ λέων,

DISSERT. XXXVI. vulgo XX.

An praeferenda sit Cynici vita.

Statui tibi Lydi illius sapientis exemplo concinnare fabu-
 lam; cuius interlocutores erunt, non leo, aut aquila,

λέτας μυρίας διασπῆ, καὶ διασκίδνησι
 τὴν ἀγέλην. Sed διασπῆν νομοθέτας
 hoc sensu Graece non dixeris.

^a Σωκράτην δὲ ἐπὶ ἔρωτας,]
 Mallem, ἔρωτα. M.

^c Καρνεάδην δὲ ἐπὶ [ἀγνοίαν,]

Vulgo ἐπὶ ἀγνοίαν. Sed Harl.
 recte dat ἐπὶ ἀγνοίαν, nam Car-
 neades nihil percipi posse con-
 tendebat. Arnobius lib. II. p. 68.

*Qui nihil ab homine comprehen-
 di, atque omnia coecis obscuri-
 tatibus inuoluta, non Arcesilao
 Carneadi credit? Hermias in
 Irrif. Gentil. Philos. cap. XV.*

Καρνεάδης καὶ Κλειτόμαχος, καὶ
 ὅσοι τέττοι δμιλητοὶ, πάντα τὰ τῶν
 ἄλλων δόγματα καταπατῶντες· αὐ-

τοὶ δὲ ἀποφανόμενοι διαβῆδην ἀκα-
 τάλγητα εἶναι τὰ πάντα etc. Vide
 sis et Ciceronem Acad. II. 31.
 Et ἀγνοίαν quidem reponi de-
 bere iamdudum statuit viri do-
 ctissimi Ioan. Clerici solertia. Ad
 Silu. Philolog. cap. IX. pag. 270.

DISSERT. XXXVI.

^a Εἰ προηγόμενος] E Stoicis
 nonnulli κυνικῶν σοφῶν dicebant,
 εἶναι γὰρ τὸν κυνισμὸν σύντομον ἐπ'
 ἀρετῆς ὁδόν, ut ait Laërtius VII.
 121. Vide etiam VI. 104. Li-
 psium Manud. ad Philos. Stoic.
 I. 13. et nos ad Ciceronis de
 Fin. III. 20.

Sectio 4.

^b κατὰ τὴν Λυδῶ σοφίαν] Λυ-
 δισ: